



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 9. Nicolai Grammatici obitus. Joannes Patriarcha Constantinopolitanus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII. hicce liber non ea fide, ac priores, scri-  
 A.C. IIII. ptus est.

## §. IX.

*Nicolai Grammatici obitus. Joannes  
 Patriarcha Constantinopolitanus.*

Constantinopoli Nicolaus Grammaticus obiit hoc anno millesimo centesimo undecimo, postquam hanc Sedem tenuisset annis viginti septem, & ad ultimam senectutem pervenisset. Duas ab hoc Patriarcha Constitutiones habemus, utramque anno millesimo nonagesimo secundo, Indictione decima quinta, datam. In prima, decima quarta Junii, in Synodo Metropolitans tredecim, & compluribus Imperatoris Præfectis præsentibus edita, decisa est quæstio, ante mensum unum in ampliore Conventu proposita, videlicet, an patruus vel avunculus neptem, aut nepos materteram vel amatam, sola affinitate sibi junctam, ducere possit; atque hujusmodi matrimonia valida esse Græci pronunciarunt. (\*) Secunda Constitutio, die Mercurii, vigesima

*Sup. lib.  
 LXIII. §.  
 25.*

*Zonar.  
 XVIII. §.  
 13.  
 Jus Græco  
 Rom, lib. 3.  
 p. 215.*

(\*) Id ita accipiendum videtur, quod licent patruo neptem ex uxoris suæ fratre vel sorore genitam, aut nepoti filiam ex materteræ vel amatæ suæ fratre vel sorore natam ducere. At hodie exemplum Dispensationis Pontificiæ habemus,

ma prima Julii validum esse declarat ma-  
 trimonium initum, post præcedentia  
 Sponsalia, ob defectum ætatis in sponsa,  
 quæ septenni major non erat, nulla, quia  
 non nisi post annos octo consummatum  
 fuerat. Conventus, in quibus istæ Consti-  
 tutiones conditæ, in Palatio Patriarchali,  
 & aula quam Græci sua lingua *Thomai-*  
*ten* dicebant, celebrabantur.

## §. X.

*Hæresis Bogomilorum.*

Nicolao Patriarcha Sedem Constantino-  
 politanam tenente, Alexius Impera-  
 tor Basilium, Bogomilorum Principem,  
 igne damnavit. Erant vero Bogomili  
 Hæretici, patria Bulgari, & ita vocaban-  
 tur, quod Bogomili idem significaret, ac  
*homines divinam Misericordiam implo-*  
*rantes.* Quippe *Bog* in lingua eorum  
 Sclavonica *Deus*, & *Miloui miserere no-*  
*stri* significat. Hi super omnia oratio-  
 nem extollebant, more veterum Messa-  
 lianorum, ex quorum deliriis istorum  
 Hæresis magnam partem conflata erat;  
 verum re ipsa Manichæi erant, aut po-  
 tius aliqua Secta Paulicianorum, quorum

P 3

supe-

bemus, qua Petro, Josephi Regis Lusitanæ fra-  
 tri, ejusdem Regis filiam, nempe ex Germano  
 fratre neptem anno millesimo septingentesimo  
 sexagesimo accipere licuit.

Sæcul. XII.

A.C. 1111.

p. 216.